

VERSIONI DI LATINO

1 - La Seconda Guerra Punica

Secundum Punicum bellum longe omnium cruentissimum fuit. Romani bellum moverunt quod Hannibal contra foedus Saguntum delevisset. Prim clades huius belli a Romanis apud Ticinum accepta est, secunda apud Trebiam, vulnerato Flacco consule; tertia apud Trasimenum, vastato Flaminii exercitu; quarta apud Cannas, cum duo Romanorum exercitus vastati essent, Pauli consulis morte, Terentii Varronis fuga. Postea vero tres duces Punici belli gloriam sibi iure vindicant: Fabius Cunctator quod Hannibalem, imminentem urbi, mora fregit; Marcellus quod primus Hannibali apud Nolam restitit et inclinatham eius aciem penitus trucidavit; Claudius Nero quod venientem ab Hispania Hasdrubalem cum ingentibus copiis ingenti proelio vicit.

2 - La battaglia di Zama

Scipioni in Africam advenienti Masinissa se coniunxit cum parva equitum turma. Syphax vero a Romanis ad Poenas defecerat. Hasdrubal, poenorum dux, Syphaxque se Scipioni opposuerunt; at Scipio utriusque castra una nocte perrupit et incendit. Syphax ipse captus est, et vivus ad Scipionem pertractus est. Quem cum in castra Romana adduci nuntiatum esset, omnis velut ad spectaculum triumphi, multitudo effusa est: praecedebat is vinctus; sequebatur nobilium Numidarum turba. Movebat omnes fortuna viri, cuius amicitiam olim Scipio perierat. Regem aliasque captivas Romam misit Scipio; Masinissam, qui egregia rem Romana adiuverat, aurea (abl) corona (abl) donavit.

3 - Distruzione di Cartagine

Romani, suadente Catone, deliberatum habebam carthaginem diruere. Carthaginensibus igitur imperatum est ut, si solvi esse vellent, ex urbe migrarent, sedemque alio in loco, a mari remoto, constituerent. Quod ubi carthagine auditum est, ortus statim estululatus ingens, clamorque bellum esse gerentum satiusque esse extrema omnia pati quam patriam relinquere. Cum vero neque naves neque arma haberemt, in usum navem classis tecta demosque rescinderunt; aurem et argentum pro aere ferroque conflatum est; viri, fluminae, pueri, senes sinul operi instabant: non die, non noctu labor intermissus est. Ancillas primo totonderunt, ut ex aerum crinibus funes facerent; mox etiam matronae espae capillas suas ad eundem usum contulerunt.

4 - Due amici e l'orso

Olim duo amici, qui idem iter faciebant, in ingentem ursum incurrerunt. Tum minor natus ex iis, quia validior erat, celeriter in altam arborem ascendit, cum alter, qui etiam claudus erat neque in arborem ascendere poterat, humi se stravit, cum sciret ursos cadavera non tangere. Ursus ad hominem iacentem se appropinquavit et, cum eum unguibus perpentavisset, os ad eius vultum

admovit. Cum homo immobilis maneret atque spiritum retineret, ursus, nullum vitae vestigium cernens, eum neglexit et abiit. Tum homo surrexit et cum amico, qui interea de arbore descenderat, in viam rediit. In itinere ille qui in arborem confugerat ex amico quaesivit: "Quid ursus tibi in aures insussurravit?". Respondit ille : "Mihi hoc consilium dedit: ex hodierno die evita illos amicos quorum amicitia in rebus adversis certa non est!".

5 - Furio Camillo

Dictator contra Veientanos, qui rebellaverant, a senatu missus est Furius Camillus. Is primum Veientanos in acie vicit, deinde etiam eorum civitatem cepit. Veis captis, cepit etiam Faliscos, non minus nobilem civitatem. Sed contra Camillum commota est acris invidia, quod praedam iniuste diviserat et, ob eam causam damnatus, civitate expulsus est. Postea Galli Senones ad Urbem accesserunt et, Romanorum exercitu apud flumen Alliam profligato, Romam occupaverunt praeter Capitolium. Tum Camillus, qui in vicina civitate exsulabat, civibus suis auxilium tulit et, Gallis devictis, Romam liberavit atque in patriam victor rediit.

6 - I Galli occupano Roma

Galli Senones Alpes superaverunt et feraces Italiae regiones ferro ignique vastaverunt; mox apud Alliam flumem Romanorum agmina fuderunt atque in fugam verterunt. Romani sinistri cornus Veios perterriti confugerunt; pauci dexteri cornus cladis nuntii Romam pervenerunt. Solis occasu Galli ad Urbem contenderunt et castra inter Romanorum et Anienem flumen posuerunt. Ad nuntium tantae cladis ingens trepidatio Romanorum animos invasit. Cives imminentem hostium impetum timebant; e Gallorum castris ululatus et feros cantus audiebant, mentesque terrificos aspectus effigebant. Romani exercitum iam non habebant: ideo ne urbem quidem defenderunt. Senatus iussu et magistratuum hortatu homines idonei ad arma in Capitolii arcem confugerunt, mulieres et senes in propinquis urbibus salutem invenerunt. Mulieres domos inter fletus relinquebant, viae ac semitae miserabilibus ploratibus et questibus personabant. Postridie, prima luce, Galli urbem occupaverunt domosque incenderunt atque diruerunt.